

311.

Papst Honorius III. schreibt dem Landgrafen von Thüringen über die Zusagen des Kaisers für das heilige Land und fordert ihn zur Theilnahme auf, da der Kaiser ihm in diesem Falle 4000 Mark verspreche. 1223 [Mai].

5 *Hdschr.: Reg. No. 12 fol. 55 No. 178. Vatikan. Archiv.*

Gedr.: Mon. Germ. Ep. pont. 1,159. Böhmer-Ficker 6542.

Anm.: Datirung nach der am Schluß abweichenden Ausfertigung für den Erzbischof von Tarentaise von 1226 Mai 26 (Mon. Germ. Ep. 1,158). Der Papst siedelte zwischen Mai 30 und Juni 7 nach Segni über.

Nobili viro langravio Thuringie. Dexteram domini etc. usque: accingant^a).
 10 Quoniam igitur inter alios principes non parvum locum nosceris obtinere, nobilitatem tuam
 rogandam duximus et hortandam, obsecrantes per aspersionem sanguinis Iesu Christi
 ac in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatinus attendens, quod, quanto a deo
 maiora recepisse dinosceris, tanto devotiora sibi obsequia exhibere teneris, assumas in
 eius nomine signum crucis, ut cum ipso imperatore transiens termino constituto, imperialem,
 15 apostolicam et divinam gratiam insimul merearis. Imperialis enim munificentia, que tibi
 quatuor milia marcharum argenti pro huius modi laboris subventionem promittit, sicut in
 eius litteris perspeximus contineri, hec et maiora tibi, sicut credimus, exhibebit, nosque
 terram et omnia iura tua, postquam crucem assumpseris, curabimus sub nostra et beati
 Petri protectione recipere et usque ad reditum tuum illibata servare, in hiis et aliis ex-
 20 hibituri tibi apostolicam gratiam et favorem.

312.

Markgraf Heinrich schenkt mit Genehmigung seines Vormundes, des Landgrafen Ludwig von Thüringen, dem deutschen Orden die beiden reichslehnbaren Dörfer Rodewitz und Bnewetiz, sowie das Burgkorn und die Ausübung des Gerichts. — Zeuge: Landgraf Ludwig. 1223 Juni 24.

25 *Gedr.: Horn, Henricus illustris 295. Danach Petri, Die Nachbarstütle Torgaus 28.*

Heinricus dei gratia marchio Misnensis et Lusicensis. Quandoquidem libertatem Terre Sancte, cui deservire deo propitio sumus insigniti, beneficio, quocumque valemus,

311. a) *Die Ausfertigung für den Bischof von Tarantaise: Dexteram domini fecerat in captione Damiate virtutem et exaltaverat gloriam nominis christiani, set quia christiana devotio ex divinis tepuit beneficiis, ex quibus novum fervorem debuerat assumpsisse, ac spiritu elationis inflata carnem suam posuisse brachium videbatur, eadem dextera domini sic elatam graviter allisit ad terram et inebriavit calico ire sue, gratiam convertens in iram et gaudium in merorem, ignominia, per quam eadem est perdita civitas, gloriam, per quam conquisita fuerat, superante. Speramus autem, quod divina benignitas misericordiam non continebit in ira, set illam a nobis avertens, eandem effundet in eos, qui non noverunt cum nec invocant nomen eius, set in eius obprobrium nobis impropert atque dicunt: Ubi est deus eorum? Hanc autem spem nostram non parum corroboret, quod karissimus in Christo filius noster F[ridericus], illustris Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie, divinitus inspiratus, omissis multis arduisque negotiis etc. ut supra in littera, que sic incipit: Iustus dominus usque iurisiurandi religione firmavit (Mon. Germ. Ep. 1,152). Nos igitur ipsius imperatoris pium et salubre propositum, sicut ad officium nostrum pertinet, adiuvantes, reges et principes ac alios Christi fideles sedulis exhortationibus et apostolicis indulgentiis excitamus, ut et ipsi ad liberationem terre, in qua deus et dominus noster Iesus Christus nostram dignatus est operari salutem, pro nobis morti tradidit semetipsum, viriliter se accingant.*

30

35

40